



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXVIII. Die Ivnii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XXVIII. DIE IUNII.

P. FRANCISCVS
GOVEANUS.

Lusitanus
In Angola.
28. iunij 1574

Mors.

Mltra hic & fecit, & passus est in Angola, quippe ipsis 14. annis in custodia detentus. Cum æger decumberet, Angolæ Rex, ut ait Sacchinus, circumire assidue domum noctes, & dies iussit cantores suos, qui voce, & pulsatis organis pro vana opinione gentis mortem deterrerent, ne accederet, tamen 4. Kal. Sextiles mors adfuit, magno ipsius Regis dolore, & Lusitanorum. In sacello ab ipso extructo datus est sepulturæ, ad quam honorandam Rex boues per multos Lusitanis donauit.

LEONARDVS DV BOIS
NOVITIVS.

Gallus Burdigalæ 8. iunij 1610.
B.V.

Euch.

Per iter comites itineris hæreticos, pignarus, qui essent, in B. Virginem licenter blaterantes ubi audiuit, non solum illos magno sensu coarguit, verum nec eidem mensæ cum illis deinceps accumbere, nec in eodem diversorio morari, nec iter vnà prosequi voluit. Æger cum diuino viatico refici non posset, oleo extremo vnctus, eius Sacramenti beneficio, stomachum ita compositum inuenit, ut etiam cælesti illud immortalitatis pharmacum sumpserit. Moriens velut cum infernate genio depugnans; falsum est, aiebat, non sum Theologus, non percipio quid dicas. Deiparam implorandam suggerentibus Socijs, implorata est, inquit; & vultu tranquillo

hilaris, manu quoque, ac voce latâ signum dedit victoriæ.

P. VINCENTIVS
CAMPANILIS.

Conscientiæ quæstiones per annos 15. explicuit; Nouitios exemplo magno per 14. annos rexit Magister omnibus persanctæ institutionis artibus absolutus. Collegium Neapolitanum orandi potissimum studio gubernauit tempore illo quo seditione publicâ Vrbs tota flagrabat; visus tunc etiam à nostro quopiam (vti aliàs ab alijs) cælesti quodam splendore, ac radijs colluceat, si famæ credendum est. Neapoli, anno 1646. 7. Ianuarij, peracto diuino sacrificio, *Iam, inquit, habemus Vincentium Carasiam Præpositum Generalem.* Et verò eo ipso die Romæ Carasa electus est. De quibusdam in Societate iuuenibus (quorum prima ætas velut in herba prosperè crescebat in spes excelsas) parum prospera quædam, & vera, ipsoque postea euentu firmata, prædixit. At super omnia fuit amantissimus domesticæ disciplinæ; seueri in seipsum exempli, cibus quoque cinere ac amaro quopiam succo perunctis; effusæ in alios atque amabilis charitatis; vultus animique semper æqui atque tranquilli; quippe dulcis cuiusdam fiduciæ pleni, atque ab illa planè pendentis.

P. IOSE-

Ysalus N
poli. 28.
Iunij 1574
at. 68.
Soc. 50.

Zelus an

Italus Neapoli. 8. iunij 1650. ætat. 78. Soc. 57.

Oratio.

Sacrum.

Mortif.

Euch. Actus h. p. 100.

Mortif.

P. IOSEPHVS
GVSTAPANE.

morte absoluit vitam, luculentra & ipse
victima charitati.

Italus Neapoli. 28. Junij 1696. aetat. 68. Soc. 50.

Zelus animi.

Mortif.

Zuch. Altus hereticus.

ELucebant in huius viri oculis, verbis, moribus, leges nostrae modestiae, ac diligens ad normam ab Ignatio praescriptam attentio, nullo se excusandi obtentu. In orando assiduus, & genibus humi nixus. vt promptus ad aegros pauperes visendos a Superiore inueniretur, se pallio iam instructum offerebat. Extremam, etiam Praepositus, in templo sedem occupavit; vt pauperes plures expiandos haberet. Per iter aliquando Deum impense precabatur, vt ad se aliquem destinaret, cuius animae ipse vsui esse posset. Sic oranti ecce tibi adfuit adolescens ineunda Societatis cupidus; & Iosepho adnitente, eidem deinde adscriptus est. Cilicio perquam rigido, flagris autem ferè etiam supramodum se atterebat, & cruentabat. Vnde non sine metu periculi decumbere coactus est aliquando praè diro illo laniatu, toto dorso exulceratus, & rigens. Nulli loco praefuit, quò illum redire non optarint, apud quos fuerat. Sanctissimum Sacramentum ab aegro Nouitio stomachi indignatione redditum, ore hilari hausit, & stomachum virtute peruenit. Plura de illo dedi in heroicis; & victimis charitatis: nam illa

MATTHIAS VITRIARIVS COADIUT. ET SOC.

CVm P. Christophoro Spo reco (de quo 14. Junij egi) multa perpeffus demum in carcere haerico peffte decessit: & post illum *Nicolau Mercator. Coad.*

Lithuanus Stocholm. 28. Junij. 1601. aet. 26. Soc. 3.

P. THOMAS METHAMVS.

VIt doctrinae ac sanctimoniae nomine celebratus; at ob fidem orthodoxam assertam, Elizabethae Reginae inuisus, eoque carceri mancipatus, Londinensem turrin per quatuor annos incoluit. Inde in alios ex alijs carceres deportatus, demum inter paludes in Visbicensi ergastulo per annos plures ea passus est quae proeaces haereticorum linguarum, ac immortalè in orthodoxum nomen odium suggererat. Ita vitam per annos 17. in carceribus arumnosam longa morte clausit, cruentam semper desiderans, & expectans.

Anglus Vissbici. Iunio. 1592. aet. 60. Soc. 9.

Fides.

